Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

8) Monachus Paduanus l. 3. / Marchius in notis ad Raynaldi Annal. Eccl. ad an. 1267: Conradinus a Siculis accitus e Germania anno isto (1267) declinate movit; nam Clemens IV. Pontifex in literis hoc anno datis die VII. Kal. novembris legendis in Anecdotis Martenii t. II, col. 535 et 536. testatur Conradinum ad eos usque dies Tridenti agere. Tum Veronam transiit, ubi post trimestrem moram, teste Monacho Patavino, coptum iter prosecutus fuit. Hinc patet legem illum usque ad anni sequentis exordium Verone egisse; adeoque reliquum ejus iter, quod hoc anno expedit Raynaldus ad annum sequentem transferendum. Aventinus Annal. Boic. l. 7, c. 8. Brunner Annal. l. 14: Ergo congata primum omnium, quanta maxima potuit pecunia, quam et aliunde, et venditis etiam Ludovico Boio annuculoso, que Conradinus Pater eidem assignorarat, oppidis conficit, cum exercitu in Italiam est profectus; cumque Octobri mense anni sexagesimi septimi Veronam pervenisset, ibidem hiemare decrevit. Ludovicus discedentem fautus est, vel tutele, vel cognationi id datum, quas causas Tirolensis etiam Comes, quem ego Meinhardum Conradini vitricum interpretor, habuit. / aliique quos Raynaldum.

9) Pernoldus Chron. ad an. 1267: Afflicta Regina (Margarita) cum honesta tamen Curia, vixit usque ad Annum MCCLXVII. ubi V. Kl. Novembris pie obiit, sepulta in Monasterio Lilienvell Griscorum Monachorum. Nam in illa Fundatione sui pissimi Patris Liupoldi Ducis, testamento sibi sepulturam elegit, donans illi Monasterio Villam Graewenperch. Benefecit et aliis Monasteriis, et pauperibus multas Eleemosinas dedit. Chron. Mellicense ad an. 1267. Kid. Hanthaler Fast. Campilil. ad h. a. Margarita igitur vera Austriæ hæreda defuncta, legitimi ejus heredes erant proximi ejus agnati jus quidem in Austriam obtinebant; possessionem iniquam Otocarus Bohemiæ Rex continuabat. Erant autem Propinquos vero Margarite vide in hoc schemate.

Leopoldus VII D. Austriæ et Stiriæ ob. 1230.

- Fridericus Belliosus D. Austriæ, nat. 1211. ob. improlis 1246.
- Henricus Impius ob. ante patrem 1228.
- Margarita nat. Mar. 1205, ob. 1267. Austriæ hæres.

Fridericus II Imp. ob. 1250.

- Henricus Rex Rom. ob. 1236.
- Conradus II. Rex Rom. ob. 1254.

Otto IV D. Bavariæ, ob. 1253.

- Elisabetha Duc. Bav. ob. 1273.

Gertrudis Uxor Hermanni Marchionis Badensis.

Fridericus ob. infans 1236, vel 1.

Henricus ob. infans 1236.

Conradinus R. Jerusalem et Siciliæ D. Suevia. ob. improlis 1268.

Fridericus Dux Austriæ natus 1243. ob. improlis 1268.

Agnes Uxor Ulrici III D. Carinthiæ.

Adverlendum porro, Henricum Imperium ob rebellionem in patrem, ita dictam, ~~cui ipsum fortasse~~ nunquam fuisse Ducem Austriæ, proinde ejus filiam Gertrudem ~~parum aut~~ nihil juris habuisse in Austriam ante obitum ~~matris~~ amitæ suæ Margaritæ; quia